

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Exemplum diuisionis. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

cum doceret populū, orandum esse, ita proposuit; cuiusvis boni caput esse orationem: eamq; & salutem nobis afferre, & vitam aeternam, nemo ignorat; hac tamen de re, pro viribus dicere necessarium est, quo id consequamur, ut, et qui in orationibus, cultuq; Dei, viuere sunt soliti; studium vehementius, & maiorem assiduitatem, ea in re adhibeant; qui segnes ignaviq; vixerunt, & animam sive runt ab orationis ope deserit, tum præteriti temporis detrimentum intelligant, tum in reliquum vitæ tempus, ne committant, vt salute priuentur.

Exemplum diuisionis.

Cap. XIII.

SANCTVS Gregorius Nazianenus, quem Demostenem Christianum dixerimus, ostendens episcopalis munera difficultatem, ita diuisiōe est usus: difficile est, eiusmodi orationem inuenire, quæ omnes conciliare, & scientiæ lumine collustrare possit; huius rei, ea causa est, quod cum in tribus his rebus periculum versetur, mente, sermone, atque auditu; vix aliter fieri potest, quin si minus ad omnia, ad horum unum impingamus: aut enim mens, superno splendore minime perfusa est; aut sermo languet; aut deniq; auris, quia nequaquam purgata est, doctrinam excipere nequit; quorum si unum acciderit, non minus, quam si omnia concurrant, veritas claudita necesse est.

Exemplum distinctionis.

Cap. XIV.

SANCTVS Ambrosius cum doceret, Christum sequendum, hanc distinctionem adhibuit: si vulnus curare